 uiole: qd magna uirtus hūilitū
 qui ex desiderio loci ultima
 tractes? de p̄ hūilitate a fra
 m̄ altū nō subleuāt: r̄ celestis

regni purpurā in uicte ser
 uant. **A**lter redolet quia
 dū ad maturitatē reducit:
 qd bonorū op̄m p̄fectio ad sa
 turitatē eoz qui iusticiā cli
 riūt p̄parat. **Q**uia qd ppl̄s ge
 tilis in electis suis ubiqz p̄
 mūdū sp̄stus ē: r̄ ex uirtu
 tibz ei⁹ quas agit om̄s qui i
 telligūt odor bone op̄ionis
 replet: dicit recte: ecce odor
 filii mei sicut odor agri pleni
P qd calce uirtutes ex semet
 ip̄o nō habet: adiungit. **C**ui
 b̄ndixit dñs d̄s. **E**t qm̄ electi
 electoz ppl̄s p̄ quosdā uiros
 in actiue uite solūmō ope
 p̄iguelat: r̄ce illic addit. **D**et
 tibi deus de rore celi r̄ de p̄iguel
 dine t̄re. **R**os em̄ de sup̄ r̄ sub
 tiliter cadit: r̄ to aēs de rore
 celi accipim⁹: quo aēs p̄ infu
 sionē cōtemplaciōis int̄me de
 sup̄ms aliquid tenunt in d̄m.
Cū uō bona op̄a cā p̄ corp⁹
 agim⁹: de t̄re p̄iguel d̄m
Quid ē autē qd elau tarde ad
 p̄rem redit? n̄ qd iudic⁹ ppl̄s
 ad placendū deo sero reuertit.
Cui r̄ hoc in b̄ndicōe dicit. **H**ic
 qd cit: ut soluat iugū de collo
 tuo. **Q**uia r̄ a seruitute p̄a
 iudic⁹ ppl̄s in fine liberabit:
 sicut scriptū est. **D**oncc p̄lectitudo

f. genou intraret: et sic omnis ille
 saluus fiet. Que non parvulorum
 ipsa evangelica historia inuicibilis
 opacoce reficit: quod yodias
 uacuas dñs impleri precepit.
 candē qz aquā ptinus i vinū
 cōtūit. **S**z cū hęc ingulandō
 res ingemo audiūt: et sacra
 historiā credendo venerant:
 quid miris inueniāt: quunt
Quā em aquā in vinū mutāre
 potuit: eadē uacuas yodias
 valuit vino implere. **S**z ipse yodas
 ad iudicē: qz p̄ sacra locū ^{ois} h̄ior
 corda m̄a r̄plecait. Et aquā
 nobis i vinū vertit: qz ipsa
 p̄ h̄ior p̄ allegorie m̄stratū
 i spūale nobis itelligēciā qmūt:
 Nota ḡ q̄ p̄ rotā r̄ h̄ior: qz p̄
 uulis h̄ior t̄mor q̄ cordatū tū
 magnis spūalia infucens q̄
 arachū in altū leuat: et inde
 sursum erigit: unde trā t̄gē
 paulo ante uidebat. **Q**uia
 nō vndiqz edificat: q̄ p̄ aru
 lū vota currit. **V**ñ in lege
 sc̄ptū est. **F**acies et candelabrū
 ductile: et auro mūdillimo:
 haudile et calamōs cyphos
 et sperulas ac lilia: ex ip̄o p̄ce
 denaa. **Q**uis in candelabro
 nisi redēptor genēis hūam de
 lignat. **Q**uia i natura hūa
 mitatis infulcit lūcē d̄m̄ba
 tis ut mūdi candelabrū fiat:

quatenus in eius hūc omnis peccator
 in quibus iacet tenebris uideret
Qui pro eo quod naturā nram in
 culpa suscepit: candelabrū ex
 auro purillio fieri iubet. **D**uc
 tile autē sciēdo pduat: quod est
 redēptor n̄r qui ex cōceptōe et
 natūitate p̄fectus deus et hō exiit:
 passionū dolores ptulit: et sic
 ad resurrexiōis glām p̄uicē. **E**t
 auro ḡ mūdillio ductile cādelā
 brū fuit: qz et p̄c̄m nō habuit:
 et cū ei corpus p̄ passionis cōtu
 melias ad imortalitātē p̄fectū
Nā iuxta uirtutes aīe quo p̄lectū
 toribz potuisset p̄fici oīo nō
 habuit. **I**n mēbris autē cūis q̄
 nos sūm̄ cotidie p̄lectū oībz
 p̄ficiat: qz dū nos tūdm̄ et al
 tiam ut ei corpus car
 meream: ip̄e p̄ficiat.
De auro corpe sc̄ptū est.
Ex quo totū corpus p̄
 nexū et cōiunctiōe sub
 m̄stratū et cōstructū
 arelat in augmētū
 pus quippe ei nos
 sūm̄. **R**exū uō et cōiunctiōe cor
 pus ligat: qz dū capiti p̄ctū
 dū p̄ctori brachia dū brachi
 is manū digitū manibz sūt
 cōiuncti: ac mēbra cetis mē
 bris inherēt: corpus p̄ficiat
 sicut s̄ apli qui redēptori n̄r

Handwritten note or signature at the bottom right corner.

Iniqui existerunt qui pectus
 capiti inhaerent: quos quia mar-
 tires sequuti sunt: qui conuicta
 brachia pectori fuerunt: quibus
 dum pastores et doctores sub-
 iuncti sunt: per bona opera manu-
 brachys inhaerent. At non
 omne corpus redemptoris in coti-
 die per uerbum conuictionis: cotidie
 subministrat in celo. Quia dum
 ad eum illic electi ad eum ducuntur:
 et sua membra colligantur: et
 quo bene dicitur. Subministratum
 et constructum adest in angustis
 tui dei: quod omnipotens deus redemptor
 tuus quid in se perficiat non ha-
 bet: ad huc per membra sua co-
 tidie augmentum habet. Unde
 uultu scriptum est. Douce occurrant
 omnes in uerbum perfectum: in membra
 uerba et status plenitudinis christi. Hac
 tale non eiusdem caelabri causa
 ipsa debet intelligi quae corpus est:
 quae me tot aduersa libera dicit.
 Calami autem qui de haereticis per-
 dunt praedicatoribus sunt: qui dulcem
 sonum mundo eorum uidebant
 cantum nouum. Cypri autem vi-
 no repleti solent. Quid ergo me-
 tes auditorum nisi cypri sunt
 qui sanctis praedicatoribus uino sanctae
 repleti. Sperula autem quid
 est nisi uolubilitas praedicatoris
 mis. Sperula autem ex omni parte uol-

unt: et praedicator quae non aduersitate
 retineri potest non prosperitatibus
 eleuat: opera est. Quia et
 me aduersa fortis et me per se
 humilis: non timoris habet angu-
 lum non elationis. In cursu ergo suo
 figi non ualeat: quia per cuncta se
 uolubilitate trahit. Ut huius autem
 quod exeph causa per uerbum ex-
 sequamur: bene post calamos
 cyphos et operulas in caelabri
 bro liba describunt: quia post
 ea quae diximus praedicatoris
 gratiam atque uolubilitate illa
 uirens prius sequitur: quae aetate
 sanctis id est floribus uernat et
 mis. Sperula autem ad labore
 pertinet: liba ad retributionem
 Itaque sicut apud moysen spe-
 rula doctrina praedicatoris acci-
 pit: ita hic per rotam ipsa scriptura
 ligatur. Propheta ergo dum sancta aetate
 liba uideret subiuravit. Cuius
 uolubilitatem aetate: apparuit ro-
 ta una super terram. Quia in re quae
 tendit est cum inferi carban-
 tur una rota per se apparuisse
 dicitur: non quia aliquo populo uetus
 columbo testamentum datum est
 quod ad erudiendam mentem illius
 quae rota uoluit. Bene autem
 rota eadem super terram apparuisse
 dicitur: peccanti enim homini dicitur.
 Terra es et in terram ibis. Rota

I

R.

q̄ sup̄ trā apparuit: q̄ d̄s̄ op̄t
 legem sup̄ corda peccācū
 dedit. Et q̄ hec p̄nata aīa ha
 scōs ut dixim⁹ ewāgelicas
 designat: q̄mō p̄us aīa ha
 et post modū rota una ac
 piat: dū aū testamētū uet⁹
 fuit et post modū ewāgelic
 te s̄a sequi sūt. Et in colligē
 in hīs postum⁹ q̄ illi p̄us
 a p̄pheta uisi sūt: qm̄ meīto
 transcendūt. Nam q̄ntū s̄an
 ewāgelicū testamētū uetus
 p̄cellit: tāto et p̄dicatores ei⁹
 in des̄p̄aone p̄phetica p̄ferri
 debuerūt. Quāuis sit adhuc
 qd̄ in hac des̄p̄aōe cōsiderari
 debeat: q̄ p̄pheticū sp̄s̄ sic in
 semetip̄m antiora et postio
 ra colligit s̄iml: ut hec s̄iml
 p̄phete lingua p̄ferre nō pot
 sit: sed ampla que uidet dis
 patris sermoibz enarrat. Et
 nūc ultima post p̄ma: ut p̄
 ma post ultima loquit. Vñ
 ezechiel p̄ph̄a sub fiḡa s̄c̄e uni
 uersalis ecclē ewāgelicarū
 glām p̄ q̄tuor aīalū s̄ilitu
 om̄e uidet: et tū repente illa
 subiūgit que antioribz gesta
 sūt: ut patet in dicit s̄iml
 se uidisse: qd̄ carnis lingua
 nō sufficit s̄iml dicit. Quia
 ibi per q̄tuor aīa ha caā per

fectos om̄s significat dixim⁹:
 cōsiderādū nobis est. quōsā
 scōrū et aū legē fuisse qui nā
 turali lege districte uiuēt:
 et oīpotenti deo placeūt. Post
 aīa ha q̄ rota describit: q̄
 electorū apud oīpotēcē d̄i
 p̄fā et aū legē fuerūt. Si uō
 aīa ha solos ut dixim⁹ ewā
 gelicas s̄ignit: est adhuc a
 liud qd̄ cōsiderare debem⁹.
 Dicebat em̄ sc̄s̄ p̄ph̄a q̄ h̄ ip̄a
 uerba q̄ oblcūritatibz obuo
 luta p̄ferbat: nō in daico
 p̄lō s̄ gentilibz pandent. Po
 bis iḡ loquēs p̄us aīa ha et
 post rotā describē debuit: q̄
 nos ad fidem d̄no largiētē ue
 mētēs nō p̄ legē ewāgelicū: s̄
 p̄ ewāgelicū legē didicim⁹.
 Vbi uō ul qualis rota appa
 ruit: subiūgit cū dicit Intra
aīa ha: habens q̄tuor faces
Vbi adhuc subiūgit. Et aq̄ec
tus rotarū: et opus earū q̄
insio maīs: et una s̄ilitudo
ip̄arū q̄tuor. Aspectus earū
et opa: q̄ sit rota ī medio
rote. Quid est q̄ cū una rota
dicit paulo post adiūgit: q̄
q̄ sit rota ī medio rote: nā
q̄ in testamētū uetis trā: et
testamētū nouū latuit p̄ allego
riā. Vñ rota eadē que in trā

aialia apparuit quatuor facies
 habere describitur: quia scriptura
 sacra per utraque testamentum in
 quatuor partibus est distributa. **De**
tus enim testamentum in lege et in
 prophetis: novum in evangelio et
 in apostolorum actibus et dictis. **Pat**
et autem quod ubi facies intendimus:
 ubi quod nomine est videmus. **Rota** ergo
 quatuor habet facies: quia prius
 reseranda mala in prophetis vidit
 plebs. **Ad** extremum autem per apostolos
 volos: ea que culpis hominum re
 scaverunt aperit. **Pr**terquam quod intelli
 gitur quod quatuor facies rota habeat:
Prter hoc quod scriptura sacra per gratiam
 predicatiois extensa quatuor mun
 di partibus innotuit. **Un**de bene cadem
 rota una prius iuxta aialia ap
 paruit et postmodum quatuor
 facies habuisse describitur: quia
 nisi lex evangelio concordaret:
 in quatuor mundi partibus non in
 notesceret. **De**quatur. **Et** aspectus
 rotarum et opus earum: quia in libro
 mais. **Recte** sacra eloquia vi
 gom maris lilia narrantur:
 quia in eis magna sunt volumina
 sententiarum cumuli sensuum.
Rec imo eto mari lilib sacra
 scriptura dicitur: quia firmanter in
 ea ceterarum locutionis: sacramenta
 baptismatis. **Vel** certe volu
 erandum est quod naturam in mari

nauigam: cum ad desideratas ter
 ras tendimus. **Robis** autem quid
 est in desiderio: nisi illa terra de qua
 scriptum est. portio mea dicitur in
 terra iuuentium. **U**guo autem dixi que
 hinc qui mare transit. **Et** sciamus quod
 scriptura sacra lignum vite per lege
 nobis pronunciat: cum dicit. **Male**
 dicitur omnis qui pendet in ligno
Quod de redemptore nostro paulus attel
 tat dicens. factus pro nobis ma
 ledictum. **Pr**phetas quoque lignum a
 nunciat cum dicit. **D**ominus regnabit
 a ligno. **Et** rursum **Mittam**
 lignum in pane eius. **Per** evangelium
 lignum apte ostenditur: ubi ipse
 dominus passio que prophetata est decla
 ratur. **Per** apostolos autem hec eadem
 crux in verbis et operibus tenet: cum
 paulus dicit. **M**ichi mundus crucif
 icatus: et ego mundo. **Et** rursum
Michi autem ablit gloriari: nisi in
 cruce domini nostri ihesu christi. **Robis** ergo quod
 ad eternam patriam tendimus scriptura
 sacra per quatuor suas facies ma
 re est que ante annunciat: quia nos ad
 terram iuuentium lignum portat. **Qua**
 ante mari sacra scriptura uilem
 dicitur: propheta nunc dicitur. **Re**
 plecta terra sacra domini: sicut agri
 mais operietis. **De**quatur. **Et**
 una similitudo ipsa et quatuor: et aqua
 tus carum et opera: quia si sit rota in
 medio rote. **Quod** quod predicat lex

R.

D.

postmodum uidit prophetas
 subtilius uero per euangelium

hoc etiā pphete. **Q**uo dēnuānt
 pphete: hoc exhibet ewāgelhū.
Quo exhibuit ewāgelhū: hoc
 pōnauerūt apli p mūdū
 . **Q**ua q̄ similitudo ip̄az q̄tuor?
 qz dīna eloquia & lī ep̄ibus
 distmcta sūt: sūt tñ senlibz
 unita. **E**t aspectus eaz & opa:
 q̄ sit rota in medio rote. **R**o-
 ta int̄ rotā est: testamētū no-
 uū int̄ testamētū uetus. **Q**uo
 qd̄ designauit testamētū ue-
 tus: hoc testamētū nouū ex-
 hibuit. **U**t em̄ pauca de mul-
 tis loquar: quid ē q̄ de adā
 dormiēte eua pducit: nisi
 q̄ moīente xp̄o ecclesia for-
 mat̄. **Q**uid est q̄ ad imo-
 landū ysaac ducit & ligna
 portat: are subponit & vi-
 nit: nisi q̄ redēptor n̄r ad
 passionē ductus lignū cr̄is
 ip̄e portauit: & in sacrificio p
 nobis ex hūanitate est mor-
 tuus: ut tñ immortalis pmanēt
 ex diuitate. **Q**uid est q̄ hōi-
 ada post mortē lūmi ponti-
 fias absolutus ad trā p̄ā
 redit: nisi q̄ hūanū gen̄ qd̄ pec-
 cando sibi mortē met ip̄i mor-
 tē intulit. post mortē ueri
 sacerdotis iudehez redēptōis
 n̄r p̄cōz suoz uinculis sol-
 uit̄: & in paradisi portecione re-

pat̄. **Q**uid est q̄ in taberna-
 culo p̄piciatorū fieri iubetur:
 sup̄ qd̄ duo cherubin unū
 ex lūmitate una & alterū a
 lūmitate altera ex auro unū
 distimo ponūt: expandentes
 alas & operientes oraculū:
 q̄ se mutuo recipiūt ueris
 uultibus in p̄piciatorū: nisi
 q̄ utraqz testamēta sibi in
 mediatore dei & hōm̄ cōgrū-
 ūt: ut qd̄ unū liḡt alterū ex-
 hibeat. **Q**uid em̄ p̄ p̄picia-
 torū mli redēptor gen̄is hu-
 manū designat̄. **D**e quo p̄
 paulū dicit̄. **Q**uē p̄posuit
 deus p̄piciationē p̄ fidē in sig-
 nate ip̄i. **Q**uid uō p̄ duo che-
 rubin que plenitudo sc̄e
 dicit̄: nisi utraqz testamēta
 liḡta sūt. **E**x quibz unū a
 lūmitate una p̄piciatorū
 aliud a lūmitate altera fiat:
 qz qd̄ testamētū uetus de in-
 carnatione dñi cepit p̄phetiā
 p̄mittē: hoc testamētū nouū
 p̄fēcē narrat expletū. **D**uo autē
 cherubin ex auro mūdificō
 facta sūt: qz utraqz testamēta
 pura & simplici ueritate de-
 scribūt. **E**xpandūt uō alas
 & oraculū operiūt: qz nos q̄
 oīpotenti deo oraculū sum̄:
 a culpis iminentibz sc̄pture

laae edificatioe ptegin. **Quo**
 du sententias sollicitate aspici-
 mus: ab errore ignorancie
 eius alis velam. **Duo** uo
 cherubin mutuo se respici-
 unt uerlis uelcibz in ppi-
 atoriu: qz utqz testameta
 i nullo a se discepant: qz
 uicissim ad semetipsa facies
 tenet: qz qd' unu pmittit:
 hoc aliud exhibet: du int-
 positu mediatoru dei z ho-
 nu uident. **Facies** qpe a
 semetipsis cherubi auerte-
 ret: si qd' unu testametu p-
 mittet: aliud negaret. **Sz**
 du concorditer mediatoru dei
 z homi loquunt: ut uicissim se
 respiciant: in ppiatoriu ite-
 dit. **Rota** g' in medio rote e:
 qz nelt testameto ueteri tel-
 lametu nouu. **Et** sicut sepe
 ia dixim: qd' testametu uet-
 pmitit: hoc nouu exhibuit:
 z qd' illud occulte annuat:
 hoc istud exhibitu apte cla-
 mat. **Pheta** g' testametu noui:
 et testametu uetis: testametu
 nouu. **Secur**. **Per** quoz
 partes ibant: z no reuertebat
 Quo alibi diuina eloquia
 nisi ad corda homi cadunt:
 sz p quoz ptes eutes ibat:

qz scriptura laaa p lege ad corda
 homi vadit: ligudo misteriu
Pphetas vadit: paulo apo-
 pphetando dnm. **P** euangeliu
 vadit: exhibendo que ppheta-
 uit. **P** aplos vadit: pdicando
 eu que pr in nra redemptioe
 exhibuit. **Habet** g' rote fac-
 es z uias: qz extendut laaa
 eloquia noticia pceptoz cu
 exhibicione operu. **Et** p quoz
 ptes vadit: qz distincte ut p-
 dixim: legi: ut ste qz in cunctis
 mundi regioibz incarnatu dnm
 pdicat: de quibz apte mox ab-
 dit. **No** reuertebant cu am-
 bularet. **Hec** lupi de aialibz
 dca sut. **Sz** no intelligi eade
 de rotis: que de aialibz pnt.
Rotas qpe ligre testameta
 dixim: z testametu uetus a-
 bulant qe cu p pdicacione
 ad mentes homi uent. **Sz** post
 semetipm ruerunt: qz in ma-
 lram i pceptis suis z iactis
 usqz in fine serua no potuit.
No em sine imutatioe pmanit
 ai in eo spualis intelligencia
 defuit. **Sz** ai redemptor nr i mu-
 du uenit: hoc quitaliter feat
 intelligi: qd' carnaliter ia uidit
 teneri. **Itaqz** du quitaliter tra-
 cti intelligit: omis in eo illa
 carnalis exhibitio uimificat

Testamentū nō nouū eadē per
 testamentū ueteris paginas tel
 tamētū eētū appellatū est:
 qz intellectus illi nūq̄ mu
 . S.
 bat. Bū ḡ d̄z qz rote cūtes
 ibāt: z nō reuertebant cū
 ambularet. Quia nouū tel
 tamētū nō rescindit: cū uet
 iā q̄tali p̄ intellctū tenet.
 Post se nō redeūt: que usq̄
 ad finē mūdi imutabilia p̄
 sūt. Ambulat ḡ s̄ nō re
 uertūt: qz sic quālit ad cor
 nūm uēiunt: ut cor p̄cepta
 ul studia uctius nō mutent.
 Sequit̄. Statura qz erat in
rois: z altitudo z horribilis
aspectus. Quid est qz sc̄pture
 sacre eloquio tria hec melle
 narrant: ut staturā altitu
 dine z horribilē aspectū idē
 terribilem habē mēozēt. Q̄
 rendū nobis magnopē est:
 que dīne sc̄pture statura que
 altitudo. quis horribilis asp̄s
 diat. Dicoū ḡ est: qz stare ad
 uicā cōgruit hū operāns. Vñ
 p̄ paulū d̄z. Qui stat: uideat
 ne cadat. Qui eadē discipulis
 ait. Sic stete in dño hūm. Et
 p̄pheta qui se uita ac moribz
 an̄ dñm stare uocabat: ait.
 Quid dñs: an̄ an̄ cōspectū
 ro. Altitudo uō est. celestis

regni promissio: ad quā tūc
 p̄tingit: qñ iā mortalis uite
 oīs corruptio subingat. Hor
 ribilis uō aspectus est tyoz
 gehēne: que sine fine reprobos
 cruciat: z semp in cruciatu cō
 seruat. Statura ḡ in rectitu
 dine p̄cepti est: altitudo in
 celestidme supne p̄missionis.
 horribilis uō aspectus: est
 in mīnis atqz terroibz suph
 ca sequētis. Statura ḡ sacra
 staturā habet: qz mores ad
 standū dirigit: ut auditoz
 mentes ad terrenā cōcupiscē
 cā nō curuent. Altitudinē
 habet: qz in celestī p̄ria et̄ne
 uite gaudia p̄mittit. Horri
 bilem qz aspectū habet: qz oīs
 reprobis gehēne supplicia m
 natur. Ostendit ḡ staturā
 uā in edificatiōe morū: ost
 tendit altitudinē in p̄missionē
 p̄miorū: ostendit horribilē as
 pectū in terrozibz suphcaoz.
 Recta em̄ est in p̄ceptis: alti
 in p̄missionibz: horribilis in
 mīnis. Habet staturā: cū
 p̄pheta diat. Quiesce agere
 p̄uile: discite bene facē: qñ
 te iudiciū: subuenite oppres
 so: iudicate pupillo: defen
 dite uiduā. Et rursū. Frange
 eluienti panē tuū: z ege

nas vagos qz induc i domū
 tuā. Cū videris nudū operi cū:
 & domesticos semis tu ne del
 pereris. Habet altitudinē:
 cū p eūdem pphctā dicit. Nō
 est tibi āph⁹ sol ad lucendū
 p die: n̄ splendor lune illūa
 bit te. qz est tibi dñs in lucē
 sēpiternā: & dexterus ī gloriā
 tuā. Habet horribilē aspectū:
 cū infernū describens dicit.
 Dies vlamis dñi. ānus rebu
 buonū iudici syon: & cōuer
 tent torrentes ei⁹ in picem
 ardentē: nocte ac die nō exti
 guet in sempiternū. Quā bñs
 iob describēs dixit. Terra te
 nebrosa & opta mortis cali
 gne & tra miserie & tenebrarū:
 ubi umbra mortis & nullū
 ordo: s; sempiternū horror iha
 bitat. Habet naturā: cū p
 cū dñs pphctā pollicet dicit
 sicut celi noui & tra noua q
 ego nate corā tē me facio die.
 dñs: sic nabit semē vestrū
 & nomē vestrū. Illi em̄ uera
 ater corā dño nant: qui vitā
 suā in prauitate nō dissipāt.
 Habet altitudinē: cū stati
 subdit. Et est mensis ex mēse
 & sabbatū ex sabbato: & ueniet
 ois caro ut adoret corā facie
 mea dicit dñs. Quid est mēsis

inli pfectio dicitur: quid ē sabbatū
 inli requies in qua fieri op⁹ seruale
 nō licet. Mensis ex mēse ē
 qz qui hic pfa vniūt: illic ad
 pfectionē gloriē ducūt. Sabbatū
 nō ex sabbato est. qz qui hic
 ceant a puerilo ope: illic qel
 cēt in celesti retribuciōe. Habet
 etiā horribilē aspectū: cū
 ptim⁹ adiungit. Et egredient⁹
 & videbūt cadavera virorū q
 puaricati sūt i me: uermes
 eoz nō morient⁹: & ignis eoz
 nō extinguet⁹. Quid em̄ hor
 ribil⁹ dicit ul' excogitari p⁹?
 qz dāpnatiōis ulnera suscipe.
 & dolorē ulnerū nūq; finire.
 De hoc horribili aspectu rota
 rū bñ p sophoniā dicit: cū li
 pueniens duris mentibz dies
 iudici denūciat. Iuxta est dies
 dñi magn⁹: & uelox nimis. Vox
 diei dñi amara: tribulabit⁹
 ibi fortis. Dies ire dies illa dies
 tribulatiōis & angustie: dies
 calamitatis & miserie: dies te
 nebrarū & caligis: dies nebu
 le & tūbinis: dies tubez dan
 goris. **¶** Sed qz exterioris rote
 dicta ex poluim⁹: redat nūc
 ut interioris qz naturā. Altitu
 dinē & horribilē aspectū p⁹re
 debcam⁹. Habet qz rota interior
 naturā: cū ewāgelhū scā ad

.x.

110

.y.

terrena delicia in curuau nos
 phibet redemptoris nri uocibz
 dicens. Attendite ne grauent
 corda ura crapula & ebrieta
 te: aut auris huius vite. Habet
 altitudinē: cū de eodē redēpto
 re nro pmittit dicens. Qui
 autē crediderūt in eū. dedit eis
 p̄tatem filios dei fieri. Quid
 em̄ in hac p̄tate alia? Quid
 hac altitudinē sublimi? dici p̄t?
 in qua creatus quisqz effiat
 filius creatoris. Habet horri
 bilem aspectū: cū reprobis lo
 quit dicens. Ibi huius in sup̄
 cū eternū. Habet naturā:
 cū ueritas discipulos amonēt
 dicens. Venite que possidetis
 & date elemosinā: facite uob
 sacculos s̄ nō ueterales. Ha
 bet p̄missionis altitudinē: cū
 dicit. Veniet ab oriente & occi
 dente: & recubent cū abrahā
 ysaac & iacob in regno celorum.
 Habet horribilem aspectū: cū
 subdit. Filii autē regni euacuent
 in tenebras exteriores: ibi est fle
 tus & aridor dencū. Ombz rur
 sum uoce ueritatis dicit. Vos
 in p̄tis nris moriemini. Habet
 naturā: cū p̄mi p̄toris uoce
 dicit. Ministrare in fide ura
 uirtutē: in uirtute autē sciam?
 in scia autē abstinēciā: in absti

uēciā autē p̄tatiā: in p̄tatiā
 autē pietatē: in pietate autē fir
 mitatis. Amore caritatē. Ha
 bet altitudinē: cū paulo post
 dicit. Sic em̄ habūdant uis
 trabit uobis introitus in eternū
 regnū dñi & saluatoris ih̄esu
 xpi. Qui rursum bonis p̄tor
 bz pollicet dicens. Cū apparuerit
 p̄nceps p̄torū: p̄prietis in
 marcellibile gloie coronā. Ha
 bet horribilem aspectū cū dicit
 Veniet autē dies dñi ut fur
 in qua celi magno impetu in
 sibūt: elementa uo calore sol
 uent. Cū hec igit oia dissol
 uenda sint. quales oportet
 nos esse in scis cōsuetudinibz
 & pietatibz expectantes & p̄p
 rantes in aduentū diei dei. Ip
 que celi ardentis soluentur:
 elementa uo ignis ardore
 tabescent. Habet naturā:
 cū p̄ paulū nos a tremis de
 siderijs erigit dicens. Mortifi
 cate membra ura que sūt sup̄
 terra: fornicationē imūdiā
 libidinē cōcupiscēciā malā
 & auariciā: que est ydolozū
 seruitus. Habet altitudinē:
 cū p̄mittit dicens. Vita ura
 abscondita est cū xpo in deo:
 cū xpc apparuerit uita ura
 tūc & uos apparebitis cū ip̄o

in gloria. Habet horribile aspectu: cum minatur dicens. In re-
 uelacione domini nostri ihesu christi de
 celo cum angelis virtutis eius in
 flama ignis dantis vindictam
 hiis qui non nouerunt dominum
 et qui non obedierunt euangelio
 domini nostri ihesu christi: qui penas
 dabunt in interitu eternas: a fa-
 cie domini et a gloria virtutis eius. Ha-
 bet salutem: cum nos ammonet
 dicens. Videte ne quis alicui
 malum pro malo reddat: sed
 semper quod bonum est sectamini in in-
 uicem et in omnes. Habet altitu-
 dine cum promittit dicens. Si uos
 morum et conuenientium: uel sustine-
 mini et coregnabimini. Et rursum. Ro-
 tate uos adigne passionibus huius
 temporis ad futuram gloriam: que re-
 uelabit in nobis. Habet et
 horribile aspectu: cum minatur
 dicens. Terribilis quodam expec-
 tatio indigni et ignis emulacionis:
 que conscriptura est aduersarios.
 Qui rursum ait. Horredum est
 inuadere in manus dei uiuentis.
 Que omnia quod breui sententia con-
 uincit dicens. Ut possitis conser-
 uare cum omnibus sanctis: que sit lan-
 guido et longitudo sublimitas
 et profundum. Data quippe est caritas:
 que et inimicorum dilectionem cupit:
 et per caritatem qua nos omnipotens

tens deus quos late diligit: eam
 longamini portat. Hoc ergo
 nos debemus exhibere primis:
 quod indignis nobis a creatore
 nostro conspicimus exhiberi. Lati-
 tudo itaque et longitudo ad na-
 turam pertinet: quia per amorem et
 amores dilatat: ut frater-
 na mala caritas longamini
 portet. Sublimitas autem est
 eternorum illa remuneratio primi-
 orum: de cuius immensitate dicitur.
Que non oculus uidit uel auris
 audivit uel in corde hominis ascen-
 derunt: que preparent deus dilige-
 tibz se. Habet ergo in sublimitate
 altitudinem: quia eterna sanctorum gau-
 dia nulla nunc preualent cogita-
 tione penetrari. Profundum quod
 est illa inestimabilis dampna-
 tio supphazorum: que eos quos
 suscepit in iniis demergit: in
 quibus sacra eloquia horribile
 aspectu habent: quia inestima-
 bilem terrorem audientibus man-
 ciunt: cum supplicia inferi loquuntur.
Hec ergo dicitur. Statura quod erat
 in robore: altitudo et horribilis
 aspectus: quia scriptura sacra in
 utroque testamento et admonendo
 recta est et promittendo alta: et
 minando terribilis aspectus.
Hec nos fratres karissimi hodierna
 die largiente domino dixisse sub

.ab.

fiat: ut ad discernenda ea q̄
 subiecta sūt. oad reparati
 redam: in auctore dñi cō-
 fidentes: qui vivit & regnat
 p̄ oīa secula seculorū: amē.

.n.

Sicut. **Explicit**
 notis. omē s̄
 hēs km̄ Inap̄
 cōsuetudo septi-
 m̄ p̄phete est nūc
 ita nūc illa
 impie & ab alijs in alia sub-
 ito verba dirimari: sicut p̄cal
 mista cū de dño loqueret̄
 dicit: deus iudex iustus &
 fortis longanimis. nūq̄ val-
 at̄ p̄ singulos dies: nisi cō-
 verſi fueritis gladiū suū
 vibrant & p̄ant illū: in ip̄o
 p̄ant uala mortis: sagit-
 tas suas ardentibz effeat:
 repente subūxit. Cōcepit
 dolorē & pepit iniquitatē & lacū
 aperuit & effodit eū: & madit
 in foueā quā fecit. Ecce cū dñi
 narraret iusticiā: q̄ nō mu-
 tata uoce p̄toris intulit cul-
 pā. **Q**d ubi me exempli cau-
 sa dixisse sufficiat: q̄ quisq̄
 in p̄phetis ulū loquaciōis ha-
 bet: q̄ crebro ita faciāt nō
 ignorat. Unde nūc p̄pheta
 ezechiel adūxit. **E**t totū cor-
 pus plenū oculis: in arcanti

B.

ip̄orū q̄tuor. Qui nō ip̄orū
 sed ip̄orū dixit p̄fō indiat:
 q̄ sermo ei a rotis ad aīalia
 redit: p̄ que nimirū p̄fō
 quq̄ ut dñi ē delignant. **C**or-
 pora itaq̄ aīaliū uōto p̄lā
 oculis delatibūt: q̄ scōrū
 actio ab oī parte cōspecta
 est. bona desiderabiliter p̄u-
 dens: mala collerter cauē.
Et hoc est laboriosū ubi scōr-
 mens uehement̄ in uigilat:
 ne se ante oculos eorū ma-
 la sub bonorū specie absco-
 dant. **C**ōspecta ē ḡ uita
 scōrū ne sic sit libera ut li-
 p̄ba sit: q̄ sepe supbia ex-
 cedit in uerbis: & uideri ap-
 petit libertas puritatis.
Rec sic hūilis ut formidulo-
 sa: q̄ aliqū timor restringit
 aīn ut loqui que recta sūt nō
 p̄sumat: sed tū in ip̄a timida
 cogitaciōe hūilitatē esse simu-
 lat. **R**ec sic sit parca ut te-
 nax sit: q̄ sepe tenaciū p̄p̄t
 animā appetit estimari:
 ut uilte ac uacillatē uideat
 tenere: quidq̄ egenti p̄rio
 misericordit nō ule imp̄cē.
Rec sic sit misericors ut effu-
 sa sit: q̄ nō nūq̄ effusio se
 misericordiā esse puat. **A**li-
 ud em̄ est pietatis studio

necessaria primus ipendit: atq;
 aliud ea que possidet sine
 mercedis intentione dispoge.
 C. Quidam g' agit in radice ma-
 nois pensandū est: quo me-
 to apud iudiciū creatoris ha-
 beat. Unde r' dicit creator di-
 cit. Si oculus tuus simplex
 fuit & corpus tuū lucidū ē:
 oculū uidelicet intentionē. cor-
 pus nō actionē noians: qz
 si nra intentio apud deū sim-
 plex fuit: in eius iudicio actio
 nra tenebrosa nō ē. Igit'
 sū iuri solliciter uigilant ut
 se undiqz uerū ubiqz cul-
 todiant: ne aut mala ppetrare
 appetant: aut hec eadem sub-
 specie bonorū agant: scilicet
 ne se eis uiaa virtutes esse meā
 aut. Bonū corpus in circuitu
 plenū oculis habent: qz oīs
 corū actio puidencia sollicitu-
 dnus & repletur & mōdatur.
 Hinc est q' paulus apostolus
 dū audā petenti de ppetrato
 finore corinthios p'priet
 uoluisse misereri ait. Si au-
 aliq' donastis: & ego. R' m
 & ego qd' donam p'p' uos in
 p'sona xpi: ut nō curānemam
 a sathana: nō em ignoram'
 cogitationes ei. Si em patren-
 dū erat: an se hūilitate tāta

uolūta discipulorū nōr' eg-
 gnis loat: ut neq' ip'e a dis-
 cipulis neq' discipuli ab ip'o
 in cōpassionis causa diuili-
 uident: nisi q' sollicito p-
 uideencie oculo attendit:
 q' plerūqz dū alter donat
 alter uasatur. Et quale
 est iā misericordie sacrificiū:
 qd' cū discordia primi of-
 fertur. Unde r' ait. Ut
 nō cāueiam a sathana:
 nō em ignoram' cogitationes
 ei. Quia uidelicet inde al-
 ti' cordi r're malū solet i-
 mitte: unde alterū cōcipiat
 pietatis negociū fecisse.
 Imperfectū em bonū est qd'
 sic agit: ut ne quid ei ex a-
 lio latere malicie subrepat
 nō attendat: nisi forte hoc
 qd' sine auulpiā scandalo
 fieri nō p't: culpa sit nō fecit
 se. Hoc uō ideo diam' ut
 notū i're dilectioni f'iam':
 qz in nro bono ope aliqū au-
 uendū est scandalū pximi:
 aliqū vō p' nichilo cōtēpnē-
 dū: qd' in ip'o nro auctore
 didiam': qui dū tributū
 petro inquisito peteret p'us
 padigma p'p'oluit: p' qd' se
 nichil debere respondit dicit.
 Reges t're a quibz accipiūt

D.

dnas retulit: qñ pene cõntu
 in sue civitatis custodia mgi
 lauit. Pz qz unũ in se foranẽ
 supbie nõ attendit: ibi hoste
 ptulit: ubi p negligẽcia ocu
 lũ clausit. Quia igitur corũ me
 tes undiqz se cõspiciẽtes
 mungilant: atqz in oĩ suo ope
 pavis & sollicitudis cõdu
 cõt oculũ ne aut pna agat
 aut recta que pcepta sũt nõ
 agant: aut bonis expleas i
 sine cogitacombz intumescat:
 & tãto grãuõs offendat quãto
 qua nisti vident foris ocul
 aus peccat: tãc dicit. **S**ortũ cor
 pus corũ plenũ oculis mar
 cantu. Scẽdũ qz est qz in tũt
 laõõe veteri nõ hẽt corpus
 corũ plenũ oculis in cantu: s; dicit
 dorsa corũ plena oculis
 Que inde hẽz sũta ab edificacõ
 oms intellcũ nõ discrepat.
 Ea em que sũt in facie: sepe
 cõã pãores hoĩes custodire
 solẽt. Iustũ autũ viri qz se & in
 eis custodiãt que in promptu
 & in facie nõ vident: in dor
 sis oculos habẽ referũt. Quia
 qz ea que in occultis sũt dil
 aũt: atqz ab ipis custodiũt
 que latent: pfrõ oculos in
 dorso habent. Qd. tũ intelli
 gi cõã aliter p̃t. Quia em ea

q sũt añ facie nos vident: dor
 sa autũ nra aliõ in nobis m̃det:
 & nos videre nõ possum. Qz
 autũ sã viri solleter se aspici
 ũt in quibz ab aliis iudicã
 pũt. Iã districte se vident sic.
 sepe districte ab aliis vident:
 qui in se nec ea que se latere
 pũt poterãt ignorãt: lumẽ
 in dorso portant. **D**e q̃tu
Cũqz ambularet aialia: am
 bulabat p̃ter & rote iuxta ea
Et cũ eleuarent aialia deãa:
eleuabant timũ & rote. Am
 bulãt aialia: cũ sã viri se in
 sacra sc̃ptura intelligũt: qz
 admodũ moraliter vivant
 Eleuantũ nõ a tra aialia: cũ
 sã viri se in cõtẽplacõne sus
 pendũt. Et qz vnũqzqz corũ
 quãtũ ipẽ in sacra sc̃ptura p̃te
 rent: tanto hec eadẽ sc̃ptura
 p̃fiãt apud ipm: tãc dicit. **C**ũ
 ambularet aialia: ambula
 bat p̃ter & rote: cũ eleuaret
 aialia: eleuabant timũ & rote:
 qz dĩa eloquia cũ legẽte ael
 cõt. Nam tanto illa alicus qzqz
 intelligit: quãto in eis alicus
 intendit. Vnde nec eleuantũ
 rote si nõ eleuauit aialia: qz
 mli legenciũ mentes ad alicũ
 p̃ficiãt: dĩa dicta uelut in
 ymnis nõ intellecta uacent.

g.

I. Cū em̄ legenti cuilibet sermo
 scripture sacre tepidus videtur.
 sensus ei⁹ mētes nō exaltat.
 ⁊ in cogitacōe sua nullo itel
 lectus hūc cōicat rota. ⁊ oao
 sa est fra: qz aīal nō eleuat
 a fra. At uō si aīal ambulet.
 id est bene viuēdi ordīs qrat.
 ⁊ p gressū cordis tūciat. qd
 modū gressū boni opis po
 nat. ambulat p̄t. ⁊ rote. qz
 tū in sacro eloquio pfectū in
 uenis: qūtu apud ipm̄ tpe
 p̄tens. Si uō p̄natū aīal
 se in cōtēplacōe tetendit.
 rote p̄tū a fra subleuat. qz
 terrenū nō est itelligis que
 p̄us in sacro eloquio mixta tre
 nū more credidisti dicta. fiat
 qz ut scripture sacre ūba cē cele
 stia senas: si ascendēs p cōtē
 placōis grām tēctipm̄ ad ce
 lestia suspendas. ⁊ mira atqz
 ineffabilis sacri eloq̄i ūtus ag
 noscat. cū supno amore legen
 tis aīal p̄netur. Quia ḡ aīa
 ha ad alta se subleuat. ⁊ tota
 uolat. sequit. **Quoāqz ibat**
sp̄c. illuc eūte spū ⁊ rote p̄ter
eleuabant. sequētes eū. Quo
 em̄ sp̄c legentis itendit. illo
 ⁊ diua eloquia leuant. Quia
 si in eis altū quid videndo ⁊
 senaendo quesicis: hec eadem

sacri eloquia ⁊ cū arelāt tē
 in alioribz ascendūt. Hene
 autē dicit de eisdem rotis: se
 quētes eū. Legentis em̄ sp̄c
 si quid in eis sacre morale at
 historicū qrit. sensus hūc mo
 ralis aut historie sequit. In
 quid typicū: mox figurati
 locutio agnoscat. In quid autē
 cōtēplatiuū. statim rote q̄
 p̄nas accipiūt ⁊ in acre sus
 pendūt. qz in verbis sacri
 eloq̄i itelligētia celestis
 opitur. Quoāqz ḡ ibat sp̄c
 illuc eūte spū ⁊ rote p̄ter
 leuabant. sequētes eū. Rote
 em̄ sp̄m sequit. qz ūba sacri
 eloq̄i ut sepe iā dān est mixta
 sensū legentū p̄ itellectū
 aut. In vna eadē qz scriptura
 alius sola historia p̄t. alius
 typicū: alius uō p̄ typicū itel
 ligētia cōtēplatiuā qrit.
 Et fit plerūqz ut sicut dān ē
 in vna eadē s̄ma cūcta s̄m̄
 tria naleāt inemri. Moyses
 em̄ cū de ardenti rubo vōit
 fūisset. ⁊ arellit p̄pius ut vi
 deret usum. Ecce rubus ar
 cebat. ⁊ nō cōsumebat. Mag
 nū hoc miraculū si solā in
 eo historia q̄ras est vnde le
 gētis nutrit aīal. ut vid
 us qz in ligno ignis ardeat.

et non consumat. Jam vero si typicam
 intelligentiam quas. quod flamma
 nisi legem? de qua scriptum est in
 dextera eius ignea lex. Et quod
 rubus ille nisi iudicium ipsum
 designant. patet suorum spiritus
 oblati. Sed rubus ardens con-
 sumi non potuit: quia iudicium
 ipsum et igne quidem legis accepit.
 et in patrum suorum spiritus non de-
 seruit: nec eius vicia dominum ser-
 monis flamma concremavit. For-
 tasse in hoc facto aliquid maiora
 et typicam contemplari desiderat.
 huiusmodi quod sensus exarclat: elcua-
 tur pater et rota. In hoc homines
 enim perfectus homo factus est vnicuique
 dei: qui suam in se partem non ha-
 bent: sed spiritus nostre neque
 suscepit: atque usque ad passionem
 pro nobis humiliter se dig-
 natus est: et in semetipso igne
 tribulationis nostre suscepit. Sed
 aruit et non aruit. Quia ex huma-
 nitate est mortuus: et tamen immor-
 talis ex divinitate permansit.
 Suscepit a nobis unde sacri-
 ficiu fieri pro nobis: et tamen immu-
 tabilis et incommutabilis perman-
 sit in ipsis: ut nos commutaret
 a nostris. Alius fortasse per hanc
 historia moralitatem: atque per al-
 legorie intelligentiam contemplanda
 querit. Patet autem iuxta

historia hoc quod in lege scriptum est
 ut turtur que pro patre offert
 retorquet caput eius ad pen-
 las: ita ut collo inhereat:
 et non percussus abrupat. In quibus
 verbis dubium legentibus sensus
 hystoricus non est. Sed si hec mo-
 ralis requiritur agitur rota: dum
 ad morale intellectum ducit. Ca-
 ri ubi summa. Nos enim ipsi in
 omnipotentis dei sacrificio esse ten-
 debemur: ita ut caput nostrum re-
 torquet ad penulas: id est animam
 ad virtutes. Non enim in merito pro
 caput mentem intelligimus: quia si
 caput corpus: ita mens actio-
 nes regit. Sed caput ad pen-
 las retorquetur propter: ut ea
 que dicitur facias: et os ad opa
 coniungas: nisi ita caput abscide-
 dum est ut a corpore dividat: sed
 ex parte de seculo suo corpori inbet
 inhere: quia videlicet mens a car-
 nali delectatione macenda est:
 sed a carnis cura macenda non est.
 Hinc enim scriptum est. Carnis cura
 ne feceritis in desideris. Quia
 ergo in voluptate fieri prohi-
 letur: proculdubio in neces-
 sitate conceditur. Caput er-
 go turturis ex parte excisum
 sit. ut ex parte inhereat: ut
 sicut dictum est. et a vo-
 luptate carnis mens mala

A. Cit: et tamen a necessitate nō
 sit abscessa. Quid si hoc sac-
 ficij genus. Sub tipica redemp-
 toris nostri intelligencia a-
 lius ad contēplacionē requi-
 rat. Ascendat ergo ad forti-
 ora anim⁹: eleuentur ani-
 malia. ut eleuentur pariter
 et rote. Quis enim capud
 nostrū? nisi redemptor ge-
 neris humani. De quo scrip-
 tū est. Ipsum dedit capud su-
 per omnē ecclesiam: que ē
 corpus ipsius. Quem dum
 iudei psequerentur: nomē
 eius delere de terra conati sūt.
 Cumq; eum crucifixū et se-
 pulcū viderent: hunc se ab
 amore omnium diuisisse cre-
 diderunt. Sed capud turtu-
 ris incilium est: sed tamen
 a suo corpore diuisum nō ē.
 Quia ex eo q; pro nobis mor-
 tem ptulit: omnes nos sibi
 veit⁹ i ipsa sua morte quinxit.
 Et p hoc q; se nostris oculis
 visibiliter substraxit: nostris
 se mentibus invisibiliter ra-
 diauit. Capud ergo incilium
 inhelit corpori: quia pro nobis
 qdē redēptor nō pascit: sed a no-
 bis separatus p passionē nō
 est. Quia igitur dicta sacri
 eloquiū cū legentiū spiritu

exarscunt: recte nunc dicitur.
 Quocumq; ibat spiritus:
 illuc emite spiritu et rote pa-
 riter eleuabantur: sequen-
 tes eum. Et subditur. Spiritus
 enim vite erat in rotis.
 In rotis enim spiritus vite
 est: quia p sacra eloquia do-
 no spiritus viuificamur: ut
 mortifera a nobis opa repe-
 lam⁹. Potest autē intelligi
 q; spiritus vadit cū legentis
 animū diuersis modis et
 ordinibus deus tangit: quā-
 do hunc p verba sacri eloqui-
 mō in zelo excitans ad ob-
 cionē erigit: modo ad pa-
 cienciam mitigat: modo in p-
 dicacone instruit: modo in la-
 menta penitencie cōpūgit.
 Sed recurram⁹ breuiter
 p hec eadē verba que diximus
 et videam⁹ quomō sequit⁹
 rote spiritū. qui spiritus
 vite dicitur: et rotis inesse
 phibetur. Certe si legentis
 animū spiritus vite in ze-
 li feruore tetigerit: ptim⁹
 in sacris eloquiis videt. q;
 moyses ad castra rediens
 et populū p ydola peccasse
 cognoscens: hunc p feruore
 spirit⁹ gladius stravit: q;
 sinees psequendo 11 luxu

riam. iram domini placavit.
 q̄ petrus inuenientes sibi met-
 uento percussit et occidit. q̄
 paulus negligentib⁹ disci-
 pulis uirga uimatur. **S**i
 spiritus uite legentis ani-
 mū. ad seruandā pacienciā
 tangit. statim sequitur ro-
 te. quia in sacris eloquiis in-
 uentur. q̄ moyses et aaron
 cum loquentes recta p̄sequi-
 onem populi passi sunt. ad
 tabernaculū curserūt. pro
 ipso populo exorantes quē
 fugiebant. Sancta etenim
 eorum mens et timorē sup-
 bienciū percussit. et tamen con-
 tra eos ad odiū non erupit.
 Paciencia enim uera est. que
 et ipsum amat quem portat.
 Nam tollere et odisse non ē
 uirtus mansuetudinis. sed ue-
 lamen furoris. In eisdem quo-
 q̄ eloquiis inuenitur. q̄ samu-
 el de principat⁹ culmine deiec-
 tus. orasse se etiam pro deici-
 entibus cōfiteatur. q̄ nemo
 sanctorū ad celestem gloriā.
 nisi pacienciā seruando pue-
 nit. q̄ ipse auctor ac redemp-
 tor genis humani. sputa. cola-
 phas. spineam coronā. crucē
 lanceam. percussit. et tamē pro
 p̄sequitorib⁹ orauit. **S**i spiri-
 tus uite. legentis animū

ad p̄dicationē excitat. statim
 sequitur rote. quia in sacris
 eloquiis inuenitur moyses
 iubente domino contra egip-
 ti regem. in q̄ntis se p̄dicio-
 nis libris uerbis erexit. q̄ ste-
 phanus iudeis p̄sequentib⁹
 dicet uos spiritui sancto sem-
 p̄ resististis. nec inter lapi-
 des timuit. q̄ petrus sustulit
 celus. ne in nomine ihesu loq̄-
 retur. cum magna libertate
 respondit. obedire oportet
 deo magis q̄ hominib⁹. q̄ pau-
 lus cathenarū uinculis strin-
 gitur. sed tamen uerbū dei
 nō est alligatū. **S**i spirit⁹
 uite ad penitencie lamētā cō-
 pungit. sequitur protin⁹ et
 rote. cū scripture sacre uerba.
 dauid penitenciam proferūt. q̄
 rex reprehensus a prophe-
 ta. qui subiectus celesti regi
 non fuit. subiecto increpan-
 ti non erubuit q̄fiteri quod fe-
 cit. q̄ publican⁹ qui reatu
 nequicie sue cognouit. et si-
 mulatus ad templū uenit.
 iustificatus a templo redit.
 q̄ petrus negationis macu-
 las lacrimis lauit. q̄ latro
 qui in cruce cognouit culpā.
 in ipsa iam morte inuenit re-
 miam. De quibus rotis ad-
 huc idem propheta replicat

atq; subiūgit. Cū eūtib' ibāt
 et cū stantib' stabāt: et cū
 eleuantib' a terra pariter
 eleuabant: et rote sequē
 tes ea: quia sps uite erat
 i rotis. Hec sicut uostis fra
 tres ex maxima pte iā dca
 sūt: sed iterata descriptioe
 narrant. Nec nos itaq; pi
 grat. eadē breuit. expone
 do repetē. q' sps p' pphetam
 dignat' ē replicando narrae.
Hoc em' solū i uerbis hys no
uū adiat: quod dcm ē: cū
 stantib' stabant. **Sūt autē**
 quidā. qui usq; ad hoc p'ficia
 ūt. ut terrena q' accipiūt be
 ne dispensare nouerint: mi
 sericordie opibus intēdant:
 opp'is subueniant: hū mi
 delictet uadūt: in eo q' a se
 ad proximi utilitatē tendant.
Cū hys ergo rote gradiūt:
 quia sacra eloquia dictozū
 suozū pass' in eius itine dis
 ponūt. **Et sūt alii qui in fide**
 quā acceperūt ita ad tenēdū
 fortes sūt: ut aduersis q'busq;
 resistē ualeant: et nō solū
 mūne ad puerilitatē f' hūt:
 sed etiam puerila loquentes
 ipugnet: eos q' ad ritudinē
 p'rahant. **Cū istis stantib' stat**
 etiam rote: q' in eis ritudinē
 suā sacri eloqi uerba q'fmat:

cū in eis audiūt: state et tene
 re t'diaones quas didicistis. **Et**
 rurū. **Aduersarius uester**
 diabolus itaq; leo rugiens cir
 cuit q'rens quē deuoret: cū
 r'istite fortes i fide. **Et sūt**
 alij q' omnia terrena despiciūt:
 nulla q' p'reūt possidē dignāt'
 in dei se ut p'dcm ē cōteplac
 one suspēdūt: in q'tū quilibet
 ad alta profecit: in tantū
 ei et sacra eloquia de aladib'
 loquūt. **Uadūt animalia ad**
 utilitatē proximi: stant ad au
 todia sui: et eleuāt' ad cōte
 placionē dei. **Sed et rote p'ri**
 uadūt: stant eleuant': q' q'li
 ta sacra lectio talis inuenitur:
 qualis ē et ipse a q' q'rit. **Ad**
 actiua em' profecisti. tecū abu
 lat: ad imobilitatē atq; cō
 stanciā p'fecisti: sps stat tecū
 ad contemplatiua q' uitā pue
 nisti: uolat tecū. **Et rurū sub**
 ditur. Quia sps uite erat i
rotis. **Quod idēo sac' dicitur:**
 sps uite in rotis esse: quia sc'p
 ture sacre duo sūt testamēta:
 que utraq; dei sps scribi uolu
 it: ut nos ab aie morte libe
 raret: uel certe q'a duo sūt p
 cepta caritatis: dilectio iude
 licet dei. et dilectio proximi.
 p' que utraq; nos sacre sc'p'te
 dicta uiuificant. **Secū g' dicit**

Quod spiritus vite erat in rotis: quia
 dilectione dei et proximi capi-
 tur in eloquiis diuinis. **P**recep-
 ta enim scripte sacre r'innu-
 m: quod mortui in culpa iace-
 bant. Unde omnipotenti domino per
 psalmistam dicitur. **I**netum non
 obliuiscar iustificaciones tu-
 as: quod in ipsis uiuificasti me.
 Iustificaciones enim precepta di-
 diait: in quibus corriged nos
 iustificat. **D**e quibus apertus
 psalmista dicit. **I**n tuis ius-
 tificacionibus meditabor: non
 obliuiscar sermones tuos.
In eis itaque nos uiuificat: quod
 per eas in nobis spuale uita de-
 monstrat: ea quod per afflatu spiritus
 uis infundit. **Q**uod quod condie
 per totum gratia in eorum membris
 agitur: spiritus vite erat in rotis.
Hec nobis scripta in tenebris
 uite plentis: facta est lumine in-
 uers. **H**inc enim et petrus
 ait. **C**ui beneficia intendetes.
 quasi lucerne luceti in caligi-
 noso loco. **H**inc psalmista di-
 cit. **L**ucerna pedibus meis ver-
 bu tuum: et lumine semitis meis.
Sicut enim et ipsa nobis nostra lu-
 cerna oblarata est: nisi hanc
 nostris mentibus ueitas illu-
 tret. **U**nde iterum psalmista ait.
Quoniam tu illuinas lucerna mea domine:
 deus meus illuina tenebras

meas. **Q**uid enim lucerna
 ardens nisi lumine est. **S**ed lu-
 men creatum nobis non lucet:
 nisi illuinet. **A** lumine non creato.
Quia ergo omnipotens ad salutem nostram.
 sanctorum testamentorum dea et
 ipse creauit et ipse aperuit.
 spiritus vite erat in rotis. **S**equitur.
¶ Et similitudo super capita
animalium firmamenti. quasi aspectus
cristalli horribilis: exteti su-
per capita eorum desuper. Hec lar-
giente domino duobus modis ex-
ponitur: ut lectoris iudicio
quid eligendum sit relinquatur.
Possunt enim firmamenti nomine
 celestes potates intelligi. **Q**uod
 firmamenti uoce. quasi aspectus
 cristalli dicitur: uideb quod est
 tallum forte quod est uinis est.
 sed ex aqua solidatur. **E**t quod non
 angelica. quoniam tanta est liberum
 arbitrium accepit: utrum uel-
 let in humilitate persistere. et in
 omnipotentis dei conspectu prima-
 re: an ad superbiam laberet
 et a beatitudine cadet: per simi-
 litudinem aqua fuit. **S**ed quod ca-
 dentibus aliis sancti angeli in
 sua beatitudine persistunt: atque
 hoc acceperunt in munere. ut
 iam cadere non possint: in eis
 non sua iam diuina mutabilitas
 non potest. in imagine
 cristalli durata est. **Q**uod + .v.

cristallū horribilit' extēlū sup
 capita aiāliū dicitur: q' ille
 p'ates angelice. q' oīpotētis
 dei q'spitiū allistūt: nobis ad
 huc in hac corrupcione positus.
 terribiles atq' pauēde sūt. Cū
 nūc gaudia. q' sensū m'āx mē
 aiū excedūt. sup capita ani
 malū esse memorantur.
 Quis enī i carne corruptibi
 li positus valeat cōphēdē? q'
 ē illa angeloy ineffabilis
 et sine fine leticia. Que b'ri
 tudo sine defai multū vidē ca
 toris. atq' i e' delcāone. sine
 imutacione p'sistē. Potest
 autē firmamētū noiē. ip'e p'
 figurā r'demptor n' intelligi.
 uerus deus sup oīa: et fcs
 ier oīa hō p'fcs: in q' m'ā nā
 apud patrē q'firmata ē. De
 quo etiā p' psalmistā p'phān
 do dicit'. fiat man' tua su
 p' uirū dexte tue: et sup filiū
 hoīs quē q'firmasti tibi. Hūa
 ua enī nā. priusq' a cāto'e oīm
 suscipētur. terra erat: nā fir
 mamētū nō erat. Peccatori
 quippe hōi dān ē. terra es:
 et in terrā ibis. At postq' sup
 ta ē ab auctō'e oīm. atq' i ce
 lis subleuata. et sup angelos
 ducta: firmamētū fca ē: q'
 terra fuit. Sed firmamētū
 quod aspiciat: cui' similitudine

habeat subīfertur: cū dicitur.
 Quasi asp'it' cristalli horribilis
 Cristallū sicut dān ē. ex aqua
 cōgelatur: et robustū fit. Sicut
 in' uero: q'ta sit aque mobi
 litas. Corpus autē r'demptoris
 nostri. quia usq' ad morte p'f
 sionū subiacuit: aq' gl'e uer
 ta aliquid fuit: qui nascēdo
 crescedo. esuriēdo. siciēdo. m
 riēdo usq' ad passionē suā
 p' momenta tpm mobilit' de
 currit. Cui' cur'ū intuens
 p'phā ait. Exultauit ut gigas
 ad currendam viam. Sed q'
 p' r'surrectionis gl'am. ex ip'a
 sua corrupcione. i'corruptio
 nis virtute conualuit: q'li
 cristalli more ex aq' duruit
 ut in illo et hec eadem nā
 esset. et ip'a q' iā fūeat cor
 rupcionis imutabilis nō esset.
 Ad ergo in cristallū uersa ē:
 ai corrupcionis i'firmatas p' r'
 surrectionē suā. ad i'corruptio
 nis firmitatē ē mutata. Sed nō
 q' hoc cristallū horribile. id
 est pauēdū dicit'. Quis autē
 ueliat: aut pulchritudinis
 sit cristallū? Et mirū quō
 conueiat i' hoc cristallo. pul
 chritudo ai pauēde. Sed oīb' u
 uera sciētib' collat: q' r'dep
 tor hūm' gūis. cū iudex appa
 ruerit et speciosus iustis.

et terribilis erit iustis. **Quē**
 eum cum **aspiciant electi:**
 hūc eūdem pauedū atq; terri-
 le. aspiciant v'pbi. Sed hūc ideo
 terribile elā nō videbūt:
 quia mō terrore illi' cōsiderāe
 nō cessant. **Studiosē** enim cō-
 siderant q' terribilis ad iudici-
 um veiat: culpas añactas
 deflent. immetes declinant:
 pauore illius an̄ oculos mē-
 tis ponūt: et qn̄ tremēdus
 appareat sine cessacione suspi-
 ti sūt: atq; cotidie timēdo a-
 gūt. ne qn̄ uenerit ptinet
 cant. **Similitudo** g' sup' capi-
 ta cristalli firmamēti. q' asp-
 tus cristalli horribilis ē. Et
 q' ip̄e pauor eius quē i suis
 cogitacionib' tenēt eorū mē-
 tem protegit: rē subiūgit.
Exten' sup' capita eorū desup'
firmamēti. Hoc quod i sili-
 tudine cristalli sup' capita a-
 nimaliū apparet: et horribi-
 le et extensū ē. Quia bonoz
 mētes unde terret: inde pro-
 tegit. Si enī paued' i eoz
 cordib' nō esset: protector
 et mō a patris et post a sup-
 plicis nō fuisset. **Qui** autem
 temp' cōsiderāt. q' pauor in
 iudicio imineat: pēnas i
 r'itudme cōseruat. **Vnde** et
 apte mox subdit. **Sub fir-**

manēto autē pēne eorū rē
 alterius ad alterū. **Tūc** pēne
 uirtutū rē sub firmamēto
 sūt: qn̄ bonū quod alt' habz
 alti impēdit: ut q' trena sub
 cōmā accepit: indigētis pro-
 ximi iōpiā subleuet. **Qui** doc-
 trine grā plen': ignorāas
 proximi tēbras. uerbo pōi-
 cacionis sue illustrat. **Qui**
 tpali ptate subuixus ē: op-
 p'ltos a molectis r'leuet. **Qui**
 prophete spū plen' ē: a mi-
 ta proximi mala iminētia
 bona suadendo deducet. **Q'**
 grāciā auaracionis accepit: in-
 telligētiā suā salutē ifirmāciū
 pie et hūiliter ipēdat. **Qui**
 a terrenis actibus liber soli
 deo vacare meruit: pro deli-
 quētibus proximis exoret.
Fit autē sepe. ut qui terrena
 cuba uimis occupatur: orōni
 nūq' inuigilet. **Et** fit plerūq;
 ut is qui ad exorandū deū
 gētis mūdi opib' exutus. ua-
 cat: sustentacionē nō habeat.
Sed dū diues porriget uesti-
 mētū atq; alimētū paup': et
 dū paup' oracionē suā aie di-
 uitis ipēdat: pēne anima-
 lū rē alterius ad alterū tēdū-
 tur. **Nam** dū ille uerbū michi
 pōicacionis exhibet: et hūc
 ueritatis. **ex corde meo igno-**

rance tenebras expellit: dū
 q̄ illi ego. q̄ fortasse a mūdi
 hui⁹ potētia opprimit. Solaciū
 ū mee defēlionis ip̄s. Atq̄
 hūc de uolētis manib⁹ euello:
 uiaſſim nobis pēnas m̄as
 tedim⁹: ut nos affcū et ope
 vicario. ex bono quod acce
 pimus tāgam⁹. **Vñ bñ p̄m⁹**
 pastor admonet dices. **Quñ**
 finis appi qua iut: estote itaq̄
 prudentes: et uigilate i o
 racioib⁹. **Ante oīa autē. mu**
 tua i uobismetip̄s carita
 tē cōtinuā hūtes: q̄ caritas
 opit multitudinē pctōrū.
Hospitales sine murmuraci
 one: unūq̄sq̄ sicut accepit gra
 ciā. i altitru illā admitt
 trantes. **Quod apud ezechie**
lē pēna: hoc apud petrū ac
 cepta gracia dicitur. **Et qd**
ille ait. rē pēne alteri⁹ ad
alterū: hoc ecclē pastor dicit.
 unūq̄sq̄ sicut accepit gra
 ciā. i altitru illā admitt
 trantes. **Venne enī m̄e rē**
nō sūt: si ad utilitatē m̄as
 solūmō r̄electū. **Sed tūc**
rē fuit: cū i utilitatē proy
 imi dignū quod habemus.
Quia enī bona m̄a nō a no
bis sūt: sed a q̄ sc̄m̄ ē ut esse
 mus: tanto a nobis nō debe
 mus r̄tine p̄uata: q̄to ea

conspiciū ab auctōe mō ad o
 mniū utilitatē data. **Vnde**
rē petrus ap̄ls i exhortaciōe
h⁹ rei. subdidit dicens. Sicut
boni dispēlatores multifor
mis gracie. Atq̄ adhuc dicit.
Si quis loq̄t⁹: q̄si sermones
dei. Si quis ministrat: tāq̄
ex uirtute. quā admittat
deus. Ac si ap̄te dicat. Nūc
ipēdite bonū proximis: q̄ sa
tis uobis nō a uobis esse quod
habetis. Quelibet enī pēna u
tus. cū ad proximū ip̄cedo tē
dicitur. recta nō erit: si hūilitate
caruerit. Sequitur. Unūquod
q̄ duabus alis uelabat corp⁹
corp⁹ suū: et altū sibi uela
batur. Quia p̄ corp⁹ actio. p̄
alas uero uirtutes liguetur:
sup̄ iā dirūm⁹. Et cū dicit. sicut
firmamēto autē pēne eorū
rē alterius ad alterū. q̄ rē dū
tē q̄lit subditur: unūq̄sq̄ dua
bus alis uelabat corp⁹ suū.
Qua i re hō patēter idicat⁹:
q̄ et pēnas alius ad altū tē
debant: et tū duab⁹ alis cor
p⁹ p̄m̄ uelabat. Quid ē hō
nisi q̄ sic debem⁹ uirtutes.
quas accepim⁹ alius ip̄er
dē. ut et ea i q̄b⁹ peccau
mus. nō delinamus au
te cogitare. et delictū m̄a
cotidie p̄ timorē et penitē

.ac. **ciam plangē. Quas enī alas**
 quibus corp⁹ uelatur. timorē
 et penitēciā Cypri⁹ dixim⁹.
Sic ergo i caritate cretamus
 ut pēnas tēdam⁹ ad proxim⁹.
 sic pēnas tēdam⁹ i proxim⁹.
 ut nūq̄ delinam⁹ cogitāre et
 plāgē uolmetip⁹os. Bene ten-
 datur uix uia⁹. pēne coopi-
 ant corpa. ut de bonis actib⁹
 pbeam⁹ exēpla. et mala que
 egim⁹ abscondat a iudicio ti-
 mor et penitēciā. In trālla-
 cione autē ueti de hīs alis
 dicitur. Singulis due nūcte
et tegētes corpa eorū. In q̄b⁹
 uerbis itelligitur. qz ipē e-
 rat pēne q̄ uigebant. alt⁹
 ad altm. et ipē q̄ eorū corpa
 coopiēbat. Quod p figurā
 bene accipitur. qz ille uir-
 tutes apud oipotētē deū pro-
 tegūt. quas ex caritate prox-
 imis iptm atq̄ quigim⁹. Cū
 quib⁹ dū qcorditer uiuimus.
 mala q̄ fecim⁹ tegē ualeam⁹.
 Diligēdo autē proximū. ea i q̄b⁹
 prodesse possim⁹. agē festine-
 m⁹. et ad altm tēdim⁹. Hoc
 autē quod subditur. et altm
 sibi uelabatur. in trālla-
 cione ueti nō habet. Et q̄ri pot⁹
 an postq̄ dcm ē. unūq̄q̄
 duabus alis uelabat corpa
 suū. subiūgitur. et alterū

similit' uelabatur. Trālla-
 cione autē septuagita iptm. aq̄le et
 theodocionis. et Symachi solli-
 cite p̄cauitates. nichil ex hīs uer-
 bis iueim⁹. sed beati ieroni-
 mi relegētes agnouim⁹. qz
 hanc sentēciā i hebreā ueritate.
 ita politā nō q̄dē uix uerbu.
 sed uix sensū iuenit. Queri
 etenī potest. an postq̄ dcm
